

Obidi Obicitur iterum nostram interpretationem non satis attendere ad evolutionem doctrinae S. Thomae circa processionem secundam. Cf. Bull. thom., x<sup>2</sup>, p. 534, §1217.

Respondetur nostram interpretationem

Respondetur sententiam S. Thomae optime sibi cohaerere neque in uno quodam aspectu evolvi potuisse quin simul in quattuor aspectibus evolveretur; neque quemquam sustinuisse hanc quadruplicem evolutionem exsistere.

Docuit S. Thomas processionem secundam esse amoris ex verbo, a Sententiis usque ad Summa theologiae, locis supra citatis; porro, processio amoris ex verbo non est processio "amati in amante" ex amore.

D  
Socuit S. Thomas Spiritum sanctum esse tum "amatum in amante" tum amorem procedentem; pro porro, sicut Spiritus sanctus non procedit a se ipso, ita "amatum in amante" non procedit ab amore procedente.

Docuit  
Negavit S. Thomas non esse in voluntate processionem nisi per trinitaria modum operationis; neque ulla assignari potest ratio cur hanc doctrinam mutaverit, si quidem secundam processionem habuit amoris ex verbo et eundem Spiritum sanctum habuit tum "amatum in amante" tum amorem procedentem.

Ita explicavit S. Thomas "amatum in amante" tum in Contra Gentiles tum in Compendio theologiae ut excludi videretur vel suspicio aliud esse "amatum in amante" et aliud esse amorem.

Denique tandem ubiqnam quaero docuerit S. Thomas (1) processionem secundam esse "amati in amante" ex amore, (2) Spiritum sanctum esse "amatum in amante" sed non amorem procedentem, (3) esse in voluntate processionem per modum rei operatae, (4) realiter distingui "amatum in amante" et amorem. Sane qui supponit sententiam Ioannis a S. Thoma

Iterum tamen et ab auctore benevolentissimo obicitur: interpretationem nostram praetermittere evolutionem doctrinae S. Thomae circa processionem secundam. Bull. thom., X<sup>2</sup>, p. 534, §1217.

Respondetur: in evolutione invenitur tum terminus a quo tum terminus ad quem. Quod si non placet nostra sententia ut terminus ad quem, saltem pr placere potest ut terminus a quo.

Aliquando ergo docuit S. Thomas secundam processionem esse amoris ex verbo, nempe, in locis supra citatis.

Aliquando docuit S. Thomas Spiritum sanctum concipi ut Amorem procedentem, pariter in locis supra citatis, et etiam Sum. theol., I, q. 93, a. 6: "... cum increata Trinitas distinguitur secundum processionem Verbi a dicente, et Amoris ab utroque...."

Quod si haec est vera et genuina doctrina S. Thomae in Scripto super sententias, in Contra Gentiles, in De Potentia, in Summa theologiae, parte I<sup>a</sup>, sequitur falsam esse interpretationem oppositam circa haec opera.

Quibus concessis, numquam probabitur S. Thomam ita mutasse sententiam ut doceret processionem secundam esse, non amoris ex verbo, sed "amati in amante" ex amore, et Spiritum sanctum esse, non Amorem procedentem ex Verbo, sed "Amatum in amante" procedentem ex amore.

Respondeo argumentum Scoti ex duobus dependere, quorum aliud est particulare, et aliud generale.

Particulare est Deum Patrem scire divinam essentiam et divinam  
saltem  
parternitatem ratione inter se distingui.

Generale est sistema quoddam gnoseologicum in mytho perceptionis-  
tico fundatum ut, scilicet, veritas seu obiectivitas in conformitate  
seu similitudine inter percipientem et perceptum consistat.

Quibus suppositis, sequitur necessario sequitur distinctio  
formalis a parte rei. Nam vera est divina cognitio distinctionis  
rationis inter paternitatem et deitatem. Quae veritas necessario  
consistit in similitudine seu conformitatem ad rem. Et ideo in  
re necessario opin ponitur aliqua non-identitas.

Respondeo argumentum Scoti ex duobus dependere, quorum aliud est generale, et aliud particulare.

Generale est sistema quoddam gnoseologicum in mytho perceptionistico fundatum ut, scilicet, veritas seu obiectivitas in conformitate seu similitudine inter percipientem et perceptum consistat.

@ Particulare autem est Deum Patrem vere et obiective cognoscere deitatem et parternitatem saltem ratione inter se distingui.

Quibus suppositis, necessario sequitur distinctio seu non-identitas formalis a parte rei. Nam ipsa distinctio saltem rationis in mente Dei p Patris est vera et obiectiva; et vera obiectivaque esse non potest nisi a parte rei ponitur distinctio quedam seu non-identitas. Porro, haec distinctio seu non-identitas non potest esse distinctio rationis; nam distinctio rationis est in mente, haec autem in ipsa re inveniri debet. Praeterea, haec distinctio seu non-identitas non potest esse distinctio realis: ex distinctione enim reali sequeretur Patrem non esse Deum, quod est haereticum. Relinquitur ergo ut intermedia quedam agnoscatur distinctio quae neque realis est neque rationis tantum.

Dices: veritas distinctionis rationis in eo consistit quod a parte rei nulla habetur distinctio.

Respondetur: si distinctio rationis est distinctio rationis tantum, conceditur; si distinctio rationis est distinctio saltem rationis, negatur; et uti patet argumentum Scoti procedit non ex distinctione rationis tantum sed ex distinctione saltem rationis.

Quibus peractis denique docent hanc analogiam: sicut in intellectu nostro est processio operati, ita in intellectu divino est processio per modum operati; et quamvis forte non sit processio operati in nostra nostra voluntate, saltem ~~in~~ in voluntate divina processio per modum operati agnoscenda est.

Cuius doctrinae unicus est defectus: non attingitur intelligentia et multo minus intelligentia fructuosissima.

Huius autem defectus causa est quod adeo quaestionibus metaphysicis et exegeticis occupantur ut modi proprii processionibus intrinseci praetermittantur. Alia est processio caeca ex inconscio ad conscientium; alia est processio spontanea ex actu conscientia ad actum conscientium; tertia est processio intellectualis vel rationalis vel moralis ex actu conscientia ad actum conscientium. Qui tamen processionum modi altissimo premuntur silentio.

Ubi autem modus proprius processionis stricte spiritualis praetermittitur, ibi analogia ad modum divinae processionis non attingitur; et ubi analogia ad modum divinae processionis non attingitur, ad intelligentiam mysterii imperfectam et analogicam attingi non potest.

c) Tertium autem est genus ~~modi~~ eorum qui de methodo theologiae errant. Eo enim sensu opinantur theologiam esse scientiam quod theologia non est nisi de conclusionibus. Principia agnoscunt quae in fontibus revelationis vel in articulis fidei continentur. Principia agnoscunt quae philosophice determinantur. Ubi autem ratio per fidem illustrata ad aliquam mysteriorum intelligentiam pervenit, hanc non intelligentiam esse volunt sed scientiam<sup>s</sup>. Nulla nulla ergo agnoscunt principia theologiae propria, ad quae ratio per fidem illustrata ascendit, quaeque per hypotheses unice possibilites attingit.

Quod si quis his opinionibus methodologicis imbuitur, a priori excludit possibilitatem attingendi intelligentiam fidei. Qui enim

principia intelligit, conclusiones facile demonstrat. Qui autem opinatur ipsa principia esse conclusiones demonstrandas, quantum in se est, total tollit theologiam systematicam. Quod si eo usque procedidit ut ne sensum significatumque vocis, intelligentiae, capiat, tunc sane percipere non potest theologiam systematicam esse de facto sublatam. Qua in miseria positivistica non pauci versari videntur.  
donec cum suum nullius regim dep. nat

Qui vero demonstrationem ex fontibus revelationis velit, parum perspicere videtur quemadmodum inter se comparentur revelationis fontes, ecclesiae dogmata, et dogmatum intelligentia. Fontes revelationis de aeternis in Deo processionibus non loquuntur explicite. Dogmata explicite aeternas processiones proponunt, non nulla de modo harum processionum determinant.

Qui vero demonstrationem ex fontibus revelationis vellet,  
parum immensit perspicere videtur quemadmodum inter se comparentur  
revelatio, ecclesiae dogmata, et dogmatum intelligentia